Q· SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, ADVERSVS VALENTINIANOS, LIBER.

VALENTINIANI frequentiſſimũ planè collegiũ inter hæreticos, quia plurimũ ex apoſtatis ueritatis, & ad fabulas facile eſt, & diſciplina nõ terret. nihil magis curãt quàm occultare quod prædicãt, ſi tamen prædicãt qui occultant. Cuſtodiæ officiũ conſcientiæ officiũ eſt. Confuſio prædicatur, dum religio adſeueratur.

Eleuſina.

Nã & illa Eleuſinia, hæreſis & ipſa Atticæ ſuperſtitionis, quod tacent pudor eſt. Idcirco & aditum prius cruciant, diutius initiant, quàm conſignant, cum & portas ante quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpẽdio cognitionis ædificent: atq; ita tantam maieſtatem exhibere uideantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem.

Initiandi modus in Eleuſinijs ſacris,

Sequitur iam ſilentij officium. adtente cuſtoditur quod tarde inuenitur. Cæterum tota in adytis diuinitas, tot ſuſpiria portarum, totum ſignaculum linguæ, ſimulachrum membri uirilis reuelatur.

Phallus.

Sed naturæ uenerãdũ nomẽ allegorica diſpoſitio prætendẽs, patrocinio coactæ figuræ ſacrilegium obſcurat, & cõuitium falſis ſimulachris excuſat. Proinde quos nunc deſtinamus hæreticos, ſanctis nominibus & titulis & argumẽtis ueræ religionis, uaniſſima atq; turpiſſima figmenta configurantes, facili daritati ex diuinæ copiæ occaſione, quia de multis multa ſuccedere eſt, Eleuſiniana Valentiniana fecerunt lenocinia, ſancta ſilentio magno, ſola taciturnitate cœleſtia.

Eleuſinia.

Altum eſt.

Si bona fide quæras, concreto uultu, ſuſpenſo ſupercilio, Altum eſt aiunt. Si ſubtiliter tentes, per ambiguitates bilingues communem fidem adfirmãt. Si ſcire te ſuboſtendas, negãt quicquid agnoſcunt. Si cõminus certe ſtatuam, ſimplicitatem ſua cæde diſpergunt.

Fort. certes, tuam ſimpl.

ne diſcipulis quidem proprijs ante committũt, quàm ſuos fecerint. Habent artificium quo prius perſuadeant, quàm edoceant. Veritas autem docẽdo perſuadet: non ſuadẽdo docet.

Simplices.

Fort. l. deficere cogatur.

Ideóq; ſimplices notamur apud illos, ut hoc tantum, non etiam ſapientes: quaſi ſtatim defigere cogitur à ſimplicitate ſapiẽtia, domino utrãq; iungente. Eſtote prudentes ut ſerpentes, & ſimplices ut columbæ. Aut ſi nos propterea inſipientes quia ſimplices, Num ergo & illi propterea non ſimplices, quia ſapientes? Nocentiſſimi autẽ qui non ſimplices, ſicut ſtultiſſimi qui non ſapientes. Et tamen malim in eam partem, meliori ſumi uitio, ſi forte

præſtat